solum tenet negatiue ꝛ nō affirmatiue ꝛ
tūc arguit a destructōe partꝭ ad destruc-
tionē toci⁹ q̄tū ad totalitatē ei⁹. Et nō
arguit ad ipsū remouēs ipsū totū in tpe
vt h̄ sortes nō ē nūc ḡ sortes nō ē semꝑ
¶ Sciēdū t̄cio ꝙ p̄ter ista tō super⁹ po
sita reperiūt alia q̄ ad p̄ncipaliora tota
reducūt scꝫ totū copulatiuū. disiunctiuū
potestatiuū. successiuū. collectiuū. seu ag
gregatiuū Totū copulatiuū ē in q̄ plura
copulant ꝑ coniunctionē copulatiuā vt
sortes currit ꝛ plato disputat Et ꝑs ei⁹
est aliqd̄ istoꝝ q̄ int̄ se copulant. Totū
disiunctiuū ē in q̄ plura cōiungunt per cō
iunctionē disiūctiuā vt sortes currit vel
plato disputat. Totū potestatiuū ē qd̄
cōponit ex pluribꝫ ꝟtutibus vel potētijs
vel plura cōtinens ꝑm ꝟtutē vt aīa rōna
lis ē totū potestatiuū respectu vegitatiui
sensitiui ꝛ intellectiui. licet aīa in cōmuni
sit totū vniuersale respectu vegitatiui sen
sitiui ꝛ intellectiui similit̄ ꝛ q̄ternari⁹ nu-
merus est totū potestatiuū respectu ter-
narij ꝛ binarij. quia cōtinet in ꝟtute sub
se omnes numeros inferiores Totū suc
cessiuū est qd̄ cōponit ex partibꝫ successi-
uis q̄ nō possunt esse simul sicut tēpus ꝛ
motus. Et totū aggregatiuū seu collec-
tiuuꝫ est ꝙ sub vna voce singulari plura
singularia ab inuicē distincta importat si
cut popul⁹ gens ꝛ societas Et pars eius
est aliqd̄ istoꝝ. Ex quibus componit vt
homo respectu populi ꝛ sic de alijs ¶
Sciendū quarto ꝙ totū copulatiuū po-
testatiuū ꝛ collectiuū reducunt ad totū
integrale eo ꝙ ab istis totis ad suas par
tes eodē modo tenet locus dyaletic⁹ si-
cut locus a toto integrali scꝫ affirmatiue
tm̄ nō negatiue. Et econtra. locus a par-
tibus tenet destructiue tm̄ ꝛ nō cōstructi
ue vt arguēdo a toto copulatiuo sortes
currit ꝛ plato disputat ergo sortes currit
Et a toto potestatiuo sic arguit q̄terna-
rius est ergo binari⁹ est. ꝛ aīa rōnalis est
ergo aīa sensitiua est. Maxima posito to

to potestatiuo ponit q̄libet eius pars. ꝛ
a toto collectiuo sic populus ē. ḡ homo
est. Et econtra posset argui a suis parti-
bus. Sed totū disiunctiuū. ꝛ totum suc
cessiuū reducunt ad totuꝫ vniuersale qꝛ
ab ipsis eodeꝫ modo tenet locus sicut a
toto vniuersali scꝫ negatiue tm̄. vt argu-
endo a toto disiunctiuo sortes nō currit
vel plato non disputat ergo sortes non
currit ꝛ a toto successiuo vt non est dies
ergo non est meridies. ꝛ econtra locus a
partibus eodē modo tenet scꝫ affirmati
ue tm̄ vt facilit̄ p̄t videri in exemplis ¶
Contra p̄dicta arguit p̄mo sic in oī tpe
ꝛ sꝑ idē sunt sicut vbiqꝫ ꝛ in oī loco. ꝫ in
oī tēpore est totū i q̄titate ḡ etiā semꝑ
est totum in q̄titate ꝛ nō totū in tempo-
re. ꝛ sic male diffinit totum in tempore
ꝙ est dictio comprehendens omne tem
pus aduerbialiter. ¶ Secundo sic
hic ē locus a toto in tēpore de⁹ est semꝑ
igit est in oī tpe ꝛ tn̄ ibi nō ponit pars ī
tēpore cū nō sit aduerbiū partē tēporis
significās igit ꝯ diffinicōnē loci a toto in
tēpore. ¶ Tercio sic. nō sequit vle ē sꝑ
ergo vle ē nūc cū añcedēs sit verū ꝛ ꝯñs
falsū qꝛ vle est vbiqꝫ ꝛ sꝑ nō hic ꝛ nunc
ꝫ solū singulare. ḡ locus a toto in tēpore
nō tenet affirmatiue ¶ Quarto sic. par-
tes toci⁹ in tēpore nō p̄nt simul esse ḡ lo
cus a parte toci⁹ in tēpore ñ valet affir-
matiue ab oīb⁹ simul sūptis ¶ Quinto
sic Adā nō fuit nūc. ḡ nūq̄ fuit. ḡ locus
a parte in tpe non valet negatiue ab vna
parte tm̄ ad suū totū. Ad p̄mū dr̄ ꝙ li-
cet semper ꝛ in oī tēpore sint idē ꝑm rem
significatā differūt tamē in modo signi-
ficandi ꝛ formalit̄ qꝛ semper iportat tps
distributū sub mō fluxus ꝛ fieri. Et in oī
tēpore importat idē tēpus distributū ꝑ
oībus partibꝫ ei⁹ sub mō permanētis si-
ue habit⁹ ꝛ q̄etis. Et per hoc distinguit
totū in quantitate a toto in tēpore licet
non realiter ¶ Ad secundū dicit ꝙ licꝫ
in illo argumento non ponat formaliter

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-220/0244
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG